1126. 404. 1

Clarissimo Celeberrimoq Viro
THEOPHILO SIGEFRIDO BAYERO
S. p. d.
Jo. Grammius.

Joh Gram 1655 + 1748 Historiogr. Copenhagen

Quod pudoris sat magni est fateri, majoris vero & cum summo probro ac dedecore conjuncti, ulterius dissimulare, annus jam integer mensesque aliquot effluxerunt, ex quo Tuas, Vir Celeberrime, literas summi amoris & benevolentiæ testes accepi, neq literas solvi, sed & munera, luculenta illa et quantivis pretii, exasciati utpote ingenii Tui & doctrinæ perraræ monumenta. At quæ caussa fuerint, quæq graves adeo potuerint unquam existere, quibus ad diuturnam illam nulloq excusandam colore prolationem officii sim adductus, si omnino Tibi explicandem foret, vereor, ut illa, quæ mihi, identidem quidem sæpiusq scriptionem molienti manum injecerunt, Tuo aliorumq judicio talia a=

405 1v

ſtimarentur, quae ad imponendam antea, nun
ad excusandam tanti temporis moram ſuffice
Unum modò eſt, quod opto, atq à Tua egregia
humanitate omnibus precibus contendo, ne i
rem, quaecunq fuerint, aut expoſitionem à no
poſcas, aut, ſi fieri poſſit, ullam in poſteri
memoriam retineas negligentiae immanis
cujus equidem tantam ſentio indignitatem,
tantamq labem, nullo ut ipſe eam modo con
quere me poſſe credam, niſi culpam haud pe
me ſolum reſidere, utpote ex aliis potiſſim
derivatam, conſcientia eſſet teſtis. Jamq
tur incertâ prorſus ſpe dubiaq fiducia benig
tatis Tuae innixus, audeo, ut vides, Te, q
tumvis maximis rationibus ad deponendum
quicquid de me bonae opinionis conceperas a
ductum, compellare, qui etiam, quocun
apud Te loco dehinc fuero, officii mei ſum a
bitratus, ſaltem epiſtolâ hac fateri, quanta
ſint Tibi quae debeam, quippe incredibiliter
devinctum me agnoſcens gemino illo, quô a
fectus à Te ſum, munere, epiſtolae tantâ doct

nâ, tanta humanitate plenâ, & lucubrationem
ingenii ejus, quod inter præcipua literariæ Reip.
ornamenta admirari ego ab aliquot annis didici.
Ita nimirum ſeſe res habet, Vir Præstantiſsime,
ut, exiguæ licet in ſeptentrionis hoc angulo ſuper=
ſint literariæ lucis reliquiæ, has ipſas tamen ani=
madvertamus diei ſatis ac luminis, quantumq
ſufficiat ad diſcernendum quid præſertim in orbe
erudito emineat, præbere iis, quos barbaries non=
dum prorſus occæcavit. Nec, quia rariſsima
ex omnibus ferè Europæ nationibus noſtratia in
cenſu eruditorum exiſtunt nomina, ideo quis opine=
tur, ea quæ in cæteris excellunt tribubus notitiam
noſtram fugere, quibus, quod alibi in edendis
operibus & proferendis ſcientiarum finibus labo=
rioſè tempus impenditur, hic plenumq otioſè in
cognoſcendis ipſis omnibus laudandisq, ut cuique
captus eſt, occupatur, iis ſcilicet, qui aliquo deli=
ciarum ipſarum guſtu haud deſtituti ſunt. In quo=
rum numero ſi aliqua laus eſt inveniri, eſt quo
gloriari poſsum, longè verò magis, quod Tuo tan=
ti Viri judicio non futilia prorſus viſa ſint pau=
cula noſtra in ſtudiis Græcis meditamenta, quæ
Nobiliſsimus D. Paſchkius ad Vos attulit, minus ideo

407. 2v

mihi posthac displicitura, aut extra continua[...] lectio
spem abjicienda. Sed quam multa sint, [...] tine
minem ejusmodi vitæ ac conditionis, qualis [...] poss
est, impediant, quò minus cœpta peragat, [...] pe
enarravero, infringam procul dubio, certè [...] ob
multo reddam illam tam benevolam de studii[...] g
exspectationem. Ab aliquot enim annis, tu[...]
maximè ad decurrendum istud stadium acci[...]
irruerunt nescio quo fato multiplices occup[...]
quarum mole nescio an unquam liberandus, [...]
Decanatus Philosophici jam quartum intra [...]
nium mihi demandati, (cujus apud nos pa[...]
tis negotiosa;) Ædilitatis, quæ ad templi[...]
alteriusq curam spectat; Notariatûs Acade[...]
Stipendii Scheeliani Ephoriæ, aliorumq in ra[...]
bus pecuniariis maximam partem permolest[...]
torum, quæ magnam per annum portionem [...]
poris sibi vindicant, nec nostri nos juris aut [...]
sarum esse permittunt. Et tamen, quod [...]
aliisq pluribus tempus resecamus, haud in[...]
licuit hactenus Beatis Atticis consecrare, cu[...]
ventus nostra, Theologico studio, quod unicu[...]
nos colitur, dedita, modo Collegium aliquod, [...]
vocant, in Historia Ecclesiastica, modo aliud [...]
suis, ut putant, usibus præ Auctorum profano[...]

lectione accommodatius, exposcat, ac subinde à Nobis ob-
tineat. Atq hae causae sunt, cur in reliquos Scholiastas,
postquam Thucydidem istum absolvi, inquirere haud
perrexerim, servaturus, quaecunq mihi in isto genere
observata, ad grandius Antiquitatum Graecarum Synta-
gma, si modò tale aliquod conficere per tempus ac
vires datum fuerit, eo modo, quo in Xenophonte id
uno elaborare antea cogitaram. Utinam verò
tuâ Scholiastarum historia critica nos beares, ha-
beremus profecto, quod promissa jam olim à Thry-
litio opera, viriq immaturo fato irrita facta
jacturam largiore nobis foenore compensaret. Noli,
quaeso, invidere hanc publico lucem, copiosis, qui
in Te vigent, eruditionis radiis accendendam,
vel ut aestimare discant studiosi, quo jure vete-
res illi interpretes Apollonii, Aristophanis, Aeschy-
li, tantopere Scaligeris Salmasiisq placuere,
magis utique, quam voluminosus ille Eustathius,
cujus pleraq, melioris frugis quae deprehenduntur,
(uti multa omnino esse credo te ipsum agnoscere)
aliis deberi certum, cum, praeter innumera fu-
tiliter ac otiosè tradita, summa inaequalitate se
prodat satis cornicula illa Aesopica.

Caeterum, ut ad Tua, Vir Praestantissime, egregia
revertar scripta, quorum participem me fecisti,

409. 3v

ea ut incredibilem ubique eruditionis vim vulgusq;
doctorum longè supergressam notitiam spirant, ita
quantum me affecerint, quam relegentem identidem
delectarint, dicere equidem non possum. Ut ergo
de his maximas Tibi, quas unquam concipere pos-
sum, gratias debeo, ità nihil jucundius nobis signi-
ficare potuisti, quam quod constitutum habeas in-
sitatas ingenii tui dotes in perscrutandis Borea
nostri antiqvitatibus amplius occupare. Eas vi
jamdudum Tibi arrisisse, egregio atq haud uno in
scriptis tuis specimine ostendisti. Igitur mitto
lubentissimè, quæ pauca in literis tuis indicata
Tibi in ipso genere desiderari, hisce adjecta m
nimir. Runolfi Jonæ Dissertationem, Petri Re
Eddam ac Voluspam, Jonæq Rugmanni Monos
ba Islandica. Errorem ultimus quod miserius
habitus, ignoscas rogo, cum aliud nullum exem
investigare qviverim, adeò ipse libellus non sol
dantum, sed in Svecia quoq, ubi impressus
rarus habetur. Gudmundi Andreæ Lexicon
dicum, et Runolfi Jonæ Grammaticam (quam
Thesauro Hickesiano insertam nosti,) credam
jamdudum possidere, aliàs eos quoq adjecissem.
Quæ præterea fasciculum augent, eo animo

jeci, ut observantiam Tibi meam animumq; quavis ratione studiis Tuis inserviendi cupidissimum declararem, sunt autem Torfaei Historia Norvagica, cujus in Antiqvitatibus Borealibus qvis usus sit, ipse perspicies, & Catalogi Rostgardiani (recentissimè ac ante biduum hoc prælo liberati,) exemplaria quatuor, Tibi amicisq; Tuis ab illustri possessore destinata. Lustrabis in eo ~~catalogo~~ indice thesaurum maximam partem in peregrinatione Viri olim collectum, in quo si aliqua occurrant, tua quæ fieri velis, quæso Te vehementer, ut meâ, qvi perpetuo auctioni Bibliothecæ interero, operâ utaris. Etenim sive in hoc, sive in aliis cujuscunq generis officiis nihil ego intermittam, ut intelligas, quantum & egregiis Tuis in literas meritis & Tuo singulari in me amori, inter res mihi summopere æstimatas semper habendo, tribuam. Vale, Vir Excellentissime. Scr. Havn. a.d. VI. Octobr. MDCCXXV.

P. S. De priore mea in Thucydidis Scholiastam lucubratione sic sentias, te obsecro, eam ægrè è manibus meis ad Te pervenire, anteaq; quando alteram mittebam, studio fuisse omissam, siqvidem illa, immaturi fœtûs instar, haud percocta satis sed temere potius effusa in lucem tum evolavit, cum festinationem muneris ratio injungeret. Ergo, quam in illa deprehendes jeju-

nitatem & parum felices castigationes, condones,
auctori, aliquando eam forsan emendaturo, si tan
Unum superest, quod à te petam, ut si aliquod ad
superest tibi exemplum doctissimae Historiae tuae
gationis Cardinalium de propaganda fide, illud
cuidam meo, inter nominis tui admiratores ea
tino, impertias. Vale, & fiducia huic meo